

multi malum pro malo reddentes. Prudentes bona: non tantum coram deo sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest quod ex vobis est: cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vos metipsum defendentes contra: sed dantes locum ire. Scriptum est enim. Michi vindictam: ego retribuam dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus: cibus illum. Si sitis potum da illi. Hoc enim faciens: carbonem ignis congeres super caput eius. Noli iurare a malo:

sed iure in bono malo. **Q**ui erunt gentes nomen tuum domini ne et omnes reges terre gloriam tuam tuam. **Q**uoniam edificavit dominus sion et videbitur in iudicio. **A**lle

le multe. **S**ed in dicitur. **D**icitur. Cum descendisset ihesus de monte: secute sunt eum turbe multe. Et ecce leprosus veniens: adorabat eum dicens. Domine: si vis potes me mundare. Et extendens manum: tetigit eum dicens. Volo: mundare. Et confectum mundata est lepra eius. Et ait illi ihesus. Vide ne quid dixeris: sed uade ostende te sacerdoti et offer munus quod precepit moyses in testimonium illis. Cum autem introisset capharnaum: accessit ad eum centurio rogans eum et dicens. Domine: puer meus iacet in domo paralyticus: et male torquetur. Erat illi ihesus. Ego ueniam: et curabo eum. Et respondens centurio: ait. Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic uerbo: et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sub potestate constitutus: habens sub me milites. Et dico huic uade: et uadit. Et alio uenit: et uenit. Et seruo

